

derunt monumētū, & quemadmodum possum erat cor
pus eius. Et reuertentes parauerunt aromata, & ungue-
ta: & sabbato quidem filuerunt secundum mandatum.

Parasceue Græca vox est: παρασκευὴ euim præpara-
tionem significat. Et in scripturis sanctis ponitur pro die
præcedente magnum sabbatum, qua die iubebantur
præparare necessaria ad esum agni Paschalis. Ea dies est
quæ apud nos dicitur dies Veneris sancta. Nam die Io-
uis comedit agnum, & traditus est Dominus, die verò
Veneris crucifixus est, & die Sabbati requieuit in sepul-
chro. Quod verò de mulieribus parantibus aromata
ait, vide Matth. 28.

CAPUT VIGESTIVM QVARTVM.

Mulieres cum aromatis sepulchrum visitantes, & ab
angelis eum viuere audientes, discipulis nunciauerunt,
qui & ipsi non crediderunt, ex quibus ipse Petrus visi-
tans, nil prouersus inuenit, nisi linteamina. Sub ve-

spera autem duobus euntibus in Emmaus se fo-
ciat, & se vndeū manifestat, cum ilis
manducans, & tandem ipsis cer-
nentibus in cœlum ascendit.

V†Na autem sabbati valde diluculo venerunt †Matth.
ad monumentum, portantes que parauerāt aro- 28.a,
mata, & inuenierunt lapidem reuolutum à Mar. 16.a.
monumento. Et ingressæ, non inuenierunt Ioan. 20.a
corpus Domini Iesu. Et factum est dum mente conser-
nata essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in ve-
ste fulgenti. †Cùm timerent autem, & declinarent vul- †Matth.
turn in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viuen- 28.a.
tem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini Mar. 16.a.
qualia locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, di- Ioan. 20.a
cens: †Quia oportet filium hominis tradi in manus homi-
num peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. †Et †Matth.
recordate sunt verborum eius. Et regressæ à monumento, 17.d.
nunciauerunt hec omnia illis vndeū, & ceteris omni- Marc. 9.c.
bus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Ma- Supr. 9.e.
ria Iacobi, & ceteræ que cum eis erant, quæ dicebant ad †Matth.
Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum Mar. 16.c.
28.b.

CAP. XXIII. EVANGELIVM

verba ista, & non crediderunt illis: Petrus autem surgens, cucurrit ad monumenum, & procumbens, vidit linteana in sola posita, & abiit, secum mirans quod factum fuerat.

Prouiderant sibi mulieres aromata in die paraseues, ad corpus Christi post diem festum vngendum. Itaque venerunt vna sabbati, Græcè est, ε&ββατ&v, id est, sabbaturum, hoc est prima die sequente magnum sabbatum, qua apud nos est dominica. Sed ab angelis audierunt: Quid queritis viuentem cum mortuis? Vide gratiosa verba angelorum, nec eas terrentia, sed certissimam fidem de Christi resurrectione facientia. Noite inquieti, inter mortuos eum querere, qui iam cum viuis regnat. In quibus docemur, non temerè factum, sed diuina prouidentia, ut regre crederent discipuli, quo magis veritas firmaretur. Cætera Matth. 28.

Mar. 16. c + Et ecce duo ex illis ibant illa die in castellum, quod erat spacio stadiorum sexaginta ab Ierusalē, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ accidérant. Et factum est dum fabularentur, & secum quereret, & ipse Iesus appropinquat, ibat cum illis. Oculi aut̄ illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui suni hi sermones quos consertiis ad iuicem ambulantes: & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognovisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradidérunt summī sacerdotes, & principes nolvi in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem s̄p̄rabamus quod ipse esset redempturus Israēl. Et nunc super omnia tercia dies est hodie, quod hæc facta sunt.

Nota est duorum discipulorum proficiscientium illa die resurrectionis Emmauntem historia. Videndum est quid sit Emmaus, quæ vulgariter dicit Emaus. Castellum pridem erat insigne inter Ioppe & Ierusalem, distans ab illa 7. mil. & iemis, quæ & Ammaus à Iosepho dicitur, cuius si quis inquit nomen interpretetur, aquæ calidæ vocatur, ibi enim eiusmodi fons est, sanandis

corpo-

corporum vitijs idoneus. Exstum est hoc Castrum à Romanis, durate Ierosolymitana obsidione. Postea vero restaurata vrbs loco eius dicta est Nicopolis: nunc diruta paruo extante ædificio. Quid autem fabulatur, nisi quæ facta fuerant circa magistrum, puta de supplicijs tanti viri, de cruce, de mirabilibus signis in morte eius, de sepultura eius cum modicis exequijs: sed contraria inquirebant, quæ de ipso scriptæ erat, prophetias. Et hæc loquentibus Christus præsens adeli socius, alia tamen specie, ne statim agnosceretur. De se ergo loquuntibus suâ exhibit præsentia, dubitantibus vero suę cognitionis auctoritatem specie. De quibus videas Au.ad Paulinū. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et non inuenio corpore eius, venerunt dicentes, sè etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita iuenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenierunt.

Græcas habent, καὶ καὶ γεγονότι τίνεται οὐκέτι εἰσπορεύεται, vbi verbum Græcum εἰσπορεύεται, καὶ τὸ εἰσπορεύεται, quod hoc loco significat τὸ εἰσπορεύεται, καὶ εἰς θάυμα εἶδαν, id est, mente moueo & alieno. Præterea τὸ εἰς θάυμα vertendum est à nobis, non ex nostris, neque ex nobis, ut reseretur non ad τὸ γνῶντες, & si sensus: mulieres quedam nostre sodalitatis: sed ad τὸ εἰσπορεύεται, ut sit sensus: εἰσπορεύεται οὐκέτι εἰς θάυμα, id est alienauerunt nos à nobis, sive de statu mentis nos deicerunt, hoc est, nos ad timorem usque perculerunt. Budæus in commētarijs ampliora de his verbis scripsit.

Et dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nónne haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysi, et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erat. Et appropinquauerunt castello quo ibant, et ipse se fixit longius ire. Ei coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduerserat, et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est deinceps recumeret cum eis, accepit panem, et benedixit, ac fregit.

¶ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regresci sunt in Ierusalem, & inuenierunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Quod surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via: & quomodo cognoverunt eum in fraktione panis.

Vocat merito stultos, qui cum scripturas inter se narrarent, eas tanquam fabulas ducebant, sed nec mulieribus nec discipulis crediderat: tardos verò, qui nec Moysi scripturis, neque prophetarum, quas totiens audierat exponi, quod scilicet per varias tribulationes intraturus erat gloriā suam, quas Moyses & prophetas locuti fuerant. Quis itaque se tutè Christianum esse gloriat, qui sine passionibus & tribulationibus gloriam post Christum intrare desiderat? Cum igitur longius profici simulareret, coegerunt illum manere secum. At cum vide rent assuetam panis benedictionem, agnouerunt eum: sed statim à conspectu euanuit eorum, ut subito ad ceteros reuerterentur condiscipulos quod & fecerunt.

t Matth. 28. g. Mar. 16. c. Ioá. 20. c. **¶** Dum autem haec loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum haec dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc illis non creditibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem pisces assi, & fanum melis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Haec sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobisq[ue]a, quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.

Nimirum

Nimirum de Deo & Christo loquentibus adesse sollet præsens ipse pacificus Christus. Quod verò præsentia Christi conturbantur Apostoli, & existimant se spiritum videre, Iohannes causam 20. cap. asserit: quia scilicet Christus intrasset ianuis clausis, ipsi verò vim corporis glorificati ignorabant. Ideo spiritum se videre putabant in forma Christi apparentem. Ad confirmandum autem eos, palpandum se illis exhibuit, ut contrastat carne & ossibus, iam tum crederet verum esse corpus. Porro & alio argumento confirmat, cum re vera manducauit. At piè sentiendū est, quia post resurrectionem domini, cibi quos sumpsit, nullum ei saginae adiumentum præbuerunt, sed quomodo in ignem missa aqua absumitur, ita mox comesti cibi spirituali eius virtute sunt absumpti. Porro non indiguit cibo post resurrectionem, sicut nec nos indigebimus, sed veram vitam voluit ostendere, non imaginariam, quandoquidem visus est, tactus est, manducauit, scripturas proposuit, & exposuit. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic non oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tercia die, & predicare in nomine eius paenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes esis horum. ¶ Et ego mittam promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtutem ex alto. ¶ Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur iu cœlum. Et 16. d. ipsi adorantes, regresi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Probata satis suæ resurrectionis & corporis veritatem, iam Ecclesiæ pacem & unitatem curare præcipit, non solum Iudeis, sed & Gentibus, incipiendo tamen ab Ierosolymis, usque ad terminos terræ. Cum autem dicit: Incipientibus ab Ierosolyma, Graecæ est, ἀρχαὶ μενονται ιερουσαλημ. Aut eum interpres legit ἀρχαὶ μενονται, id est, incipientibus, ut sit sensus: Oportebat prædicari vobis incipientibus ab Ierusalē: aut ἀρχαὶ μενονται accusatiuus est absoluſtus, Attice sumptus pro genitiuo. Quod autē sequitur.

Ego

Ego mittam promissum patris mei: promissum hic neutrum est substantium, non participium, idem significas quod promissionem. Nam Græcè est ἐπαγγέλιον, id est, promissionem, de qua Act. primo: Præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris. Finem igitur suæ peregrinationi impositurus, eduxit eos in Bethaniam, & benedicens illis, ascendit in celum. De qua ascensione per amplius in Actibus Apostolicis dicturi sumus.

FINIS Annotationum in Lucam.

INCIPIT EVANGELIVM SECUNDVM IOANNEM.

Cùm Christi nativitatem sufficienter afferuerint Mathæus & Lucas, pauca de diuinitate attigissent, quam ante maledicentem fuisse. Non oppugnare iam cœperant Carpocrates, Cherinthius, & Celsus, & Hegesippus & Hebion hæretici: ad eam plenius afferendā Euangelium scribere Ioannes adorans est. In quo consilii fuit non tam acta Christi & miracula, quām divina eius dogmata, & salutarem prædicationem mundo aperire.

CAPUT PRIMVM.

Christus ab aeterno Deus, de Deo ex tempore caro factus, Ioannis baptistæ testimonio perhibetur, baptizatus autem à Ioanne, paucos vocat discipulos.

IN principio erat verbum.

Ab initio filij nomen tacere voluit, ne Iudeos, qui patrem tantum nouerant, filijque nomen in diuinitate oderant, statim ab Euangelij sui lectione arceret. Nam tertio cap. & sequentibus frequenter filij non men repetit: tum etiam ne quid filij nomine carnale intelligerent. Verbum igitur illum Latinè appellat, & Græcè λόγον. Græcis enim orthodoxis λόγος Dei filius dicitur, melius & significantius, quām Latinis verbum auctor sermo. At qua ratione sermo Dei filium significet, nō video, nisi qui Latinam linguam, & vocum ignorantem.

Non